Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



titionis uoces attendas
affectum · aspicias conside
rato nostre conditionis fig
mento · hostem expellas
tyrannidem · dissidentes
pacifices · tuearis presu
les gubernes clericos · pre
latos dirigas · foueas
canonicos et omnibus qui
tua deuote sollempnia per
agunt celeste leuamen acce
leres · nos quoque misellos
simul qui opi glorie tue
damus laudem · ex omni per
turbatione insidiantium e
ripias a suggestione spi
rituum immundorum custodi
as · quatinus ihesu xpo domino
seruire mereamur · Qui cum
patre et spiritu sancto uiuit et
regnat deus · Per omnia secula
seculorum amen Hic liquor
ex sacro fertur manare se
pulchro · Quo patet hos mu
tis egris medicina salutis ·
Igitur postquam beatis
simus nycolaus ex hoc mun
do migrauit ad dominum · tu
mulus ille in quo uene
rabile corpus positum est olei
liquor et aque manare non
desiuit usque in hodiernum
diem · Ad quem locum undique
multitudines languen
tium · claudorum · cecorum · aridorum ·
surdorum · atque inualidorum et qui
uexabantur a spiritibus immun
dis qui ut eodem sancto liquore
puncti fuerint statim pristine
reddunt sanitati · Miser
profiteor me semel et bis ex
eadem aqua poculum sump
sisse · dum ipse tumulum sanctum
dominum per meis piaculis inter
pellarem nycolai · Distat
autem domus sancte syon ubi re
quiescit idem confessor ·
a menibus ciuitatis miree ·
quasi tribus miliariis ad ori
entalem plagam secus uiam ·
que duci ad portum maris
quod dicitur adriaticum · Iudicio
iusto non iuste presule pulso ·
Ex tumuli muris cessauit
stilla salubris ·